

(4) Viatoribus adesse debet Ductor atque Doctor, qui suo non carere solet præmiō, operitur benedictiōnibus. L. de Ministerii præmiis.

## USUS E VERSU VIII.

[1] Viatores sacri amant cœtūs sacros; eunt de cœtu ad cœtum, proficiunt, colloquiis salubribus minūnt viarum incommoda, de robore ad robur novum provehuntur, &c. Jef. XL, 31. L. de Pietatis incrementis.

[2] Scopus itineris, comparere tandem coram Dei facie. Hoc demum optimum molestiarum, omnium lenimentum: Ps. XXVII. 13.

## USUS E VERSU IX.

(1) De Deo exercituum, v. in nomin. Dei.

(2) Est Deus Zebaoth Deus quoque Jacobi, b. e. omnium, qui Israelis amplectuntur fidem: Rom. IX, 6. IV, 12. 16. II, 28. Joh. II, 39. Huc & nostrum cum Deo hoc baptismale fædus.

(3) Audit hic nostras preces, imò exaudit. L. de precum efficaciā.

## USUS E VERSU X.

(1) Deus est Protector unicus ac optimus.

(2) Omniscentia Dei soletur nos, imò reverentiam fiduciamque excitet in desinenter.

[3] David solabatur se divinā per unctionem vocatiōne; (erat siquidem unctus Domini, I. Sam. XVI, 13.) idem & nos faciamus. Christiani sumus, per Christum in baptismo ad ecclesiam segregati, &c. Sic quisque natus est officio suo; troze auf dein Ampt. Sir. X, 31.

(4) De Mesia nomine, Patri in precibus semper obvertendo, v. annot.

## USUS E VERSU XI.

(1) Ingens est temporum à nobis transactorum discri-

## PSALMI LXXXV. DISPOSITIO.

*Irae deprecatio. Ut olim da pacem.*

**E**st hic, tanquam fundamenti loco, I. beneficiorum superiorum recensio: (1) Benignus fuisti terræ tuae: v. 2. (2) Captivum Jacobum reduxisti: ibid. (3) populi peccatum condonasti: v. 3. (4) indignationem tuam sustulisti: v. 4.

II. præsens petitio: (1) converte vel reduc nos: ratio: es Deus salutis nostræ. v. 5. (2) aufer iram tuam à nobis: ibid. (3) ne protrahatur in seculum per tot generationes: v. 6. (4) iterum vivifica nos, ut latetur in te populus tuus: vers. 7. (5) ostende vel exhibe nobis

A men. O quam multi dies absunti otio, vanitatibus, turpibus, &c.

(2) Horas itaque, cultui sacro dicatas, locemus devotè ac religiosè, ut animabus bene sit, ut placeamus Domino, &c. Coh. IV, 17. Jef. XXIX, 13.

(3) Mille dies extra sacrarium in curia, foro, aula, nuptiis, convivis aut alibi transacti, equiparandi haut sunt diei uni religiose.

(4) Par ratio palatiorum in collatione ad aedes Domini; itemque

(5) officiorum mundi splendorum ad functiones templi despectas. Conf. I. Cor. IV, 9. Ebr. XI, 24. Huc Ministerii dignitas.

## USUS E VERSU XII.

(1) Deus in templo à piis cultus, instar solis universa illuminat, calefacit, vivificat, exhilarat, provehit &c. Idem

(2) instar clypei defendit, &c. v. 10.

(3) Idem gratia universa fons: prævenit, concomitantur, subsequitur ejusdem Gratia in creatione, salvatione, regeneratione, &c.

(4) Gloriam dat hic, & illio in vita altera.

B (5) De beneficentia Dei, non denegante piis bonum ullum verè salutare, in L. de Deo.

(6) Ambulandum integrè, sine hypocrisi, constanter, cum proficiendi studio sincero. I. præc.

## USUS E VERSU XIII.

(1) Confidendum Deo in adversis atque prosperis unicè & in Christo: v. I. præc.

(2) Beatitudo non ex operibus sed ex fide sola: Rom. IV, 3. seq.

(3) Qui ob exilium, morbos aliosve de causis privantur religionis exercitio, beati tamen esse haut desinunt, modò confidant in Domino: Conf. Rom. XIV, 17. Luc. XVII, 20. Col. III, 3. Mich. VII, 8. Deut. VI, 25.

## PSALMUS LXXXV.

## EXPLICATIO VERSUS I.

לְבָנֵי קָרְחָה Filiis Korachi: vide Psal. XLII, 1. Conscriptum esse psalmum pro captiis in Babel vel sub Antiochô duriter pressis, censet Steph. ita ut simul sit precatio pro adventu Mesia: de quō etiam Genebr. Muis, &c.

gratiam tuam: v. 8. (6) præsta nobis salutem tuam: ibid.

C III. Spei professio: [1] audiam Deum, promittentem pacem populo sanctisque suis, &c. v. 9. [2] Salus Dei propinqua erit se timientibus: v. 10. (3) gloria habitabit in terra nostrâ: ibid. (4) gratia & veritas sibi mutuo obviantur: vers. II. (5) justitia & pax se oscularuntur: ibidem. (6) veritas de terra germinabit: (7) justitia de cœlō prospectabit: vers. 12. (8) Deus largoetur bonum: vers. 13. (9) terra dabit proventum suum: ibidem. (10) Justitia libera ac palam ubi vis exercita conspicetur: v. 14.

## EXPLICATIO VERSUS II.

רְצִית dilexisti: antequam supplicem suam de liberatione, iraque averfione precationem promat ecclesia v. 5. præmittere prius voluit antecedaneam Dei beneficentiam adeò longam, continuatam ac multiplicem, ut tacitum simul innecta-